

Diffusa est gratia in labiis eius. Pl. 44. 3. Venit nobis cum Verbo gratia, cum osculo gratia. Quid ista gratia dulcius? S. Augustinus hic.

Linguis loquentur novis. Marci 16. 17. Novitas linguarum ad novitatem pertinet vite; in qua cantamus Domino in hymnis, & psalmis, canticum novum. Simon Cassi. 4. hic. Quamdiu homo turpibus, & vanis, sermonibus intersit; vetera verba loquitur; cum autem ad laudes Dei convertitur; quasi linguis novis loquitur; Haymo hom. in Ascens. D. Novis linguis loquitur, qui solita vaniloquia; scurrilia, vitiosaque verba, devians, incipit loqui fatalaria; Deum laudare, proximum informare, jugiter orare. Dionys. Carth. hic.

Qui erat mortuus, caput loqui. Luc. 7. 15. Signum certum resurrectionis est loqui discretē: quia nec spiritus malignus ingressus corpus mortui posset discretē loqui. S. Vincent. Ferr. D. 26. Trinit. l. 3.

Apparuerunt illi dispersa lingua. Act. 2. 3. Venit super Discipulos in lingua ignea, ut verba ignea loqueretur; & legem igneam linguarum ignearum predicarent. S. Bernardus l. 1. in Pentec.

Mordere scematis, procul est a Christiano. Linguam habes; non ut alios salibus tuis mordeas; sed ut Deo gratias agas. S. Chrysof. f. 18. in ep. ad. Eph. c. 5.

Quemadmodum oportet thuribulum nihil habere immundum, sed solum ignem, & suffitum; ita etiam linguam nullam oportet proferre verbum, quod sit ulla macula, aut labe, respectum. Sit ergo os tuum thuribulum. Idem in Pl. 140.

Lingua hujus Mundi variis sunt; Christiani vero vel nunc unam edificant linguam; & omnes sub una specie erudiuntur: sapientia nimirum divina, hujus Mundi. S. Macarius hom. 32.

TITULUS XV.

LOCUS.

Locus non facit laudabilem. Tulit Dominus Deus hominem. Gen. 3. 15. S. Ambr. lib. de Paradiso: quod loci adverte: quia extra Paradisum vir factus est, & mulier intra Paradisum. Ut advertas, quod non loci, nec generis nobilitate, sed virtute, unusquisque gratiam sibi comparat.

Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse, laudandum est. S. Hieron. ep. 123.

Locus non facit sanctiorem. Et aqua omnes, quae super caelos sunt, laudent nomen Domini. Pl. 148. 4. 5. Et Dan. 3. 60. Benedicite aquae omnes, quae super caelos sunt Domino. Oleaster, cum alii putant, illas super caelestes ex his esse, quae terrae parti inferiori incumbunt. Sed quae tam alte evertēta sunt, tamque nobilibus exceptae palatris, nunc imo mutarunt naturam: Oleaster in c. 1. Gen. facto firmamento, seu divisione, non videtur mutasse naturam. Locus non mutat mores. Didacus Nyss. polit. coel. p. 1. l. 1. Si locus salutare possit, Sathan de caelo non caderet. S. Gregor. hom. 9. in Ezech.

Locus nullus securus. Quilibet occulta, loca sine Dei gratia animam salvare non possunt; quod aliquando in ipsis conspiciamus erratis Electorum. Nam loth in ipsa perverta civitate fuit justus; in monte peccavit. Gen. 19. 33. quid caelo securus? quid paradiso jucundus? Et tamen homo ex paradiso, & angelus de caelo, peccando cecidit. Illius ergo nobis virtus quaerenda est, & gratia postulanda; sine quo nunquam absque periculo & culpa; cum quo nusquam sine iustitia esse non possumus. S. Gregor. l. 6. ep. 4. Nusquam est securitas, fratres, neque in caelo, neque in paradiso, multo minus in Mundo. In caelo enim cecidit angelus sub praesentia divinitatis: Adam in Paradiso de loco voluptatis; Judas in Mundo de Schola Salvatoris. Haec idcirco dixerim; ne quis sibi de loco isto blandiatur, quia dicitur, locus iste sanctificatus est: quia non locus homines, sed homines locum sanctificant. S. Bernardus ferm. de ligno, foeno, & stipula.

Christus honorat loca, in quibus honoratur. Cur Dominus venit in civitatem Sichar. Joan. 4. 5. Sichem est idem, quod Salem, juxta Hieronymum; ubi Melchisedec obtulit panem, & vinum, in tyrum Corporis Christi: Dominus citō illum pergit; ut illum praesentia sua honoraret. Ob similem causam fugit in Aegyptum juxta S. Leonem. 53. de Epiph. quia in Aegypto, per Pascalisagni immolationem, tanti mysterii praefixa figura. Sylveira hic. Longanimitas Dei vide tit. Misericordia.

TITULUS XVI.

LUXURIA.

S. I.

Symbola, & similitudines.

Ex Veteri.

Dimisit corvum, qui egrediebatur, & non revertebatur. Gen. 8. 6. 7. Adhærebat cadaveribus. Sic facit luxuriosus quia, dimissa arca continentiae, & castitatis, adheret cadaveribus, id est, delectationibus immundis. S. Bonavent. diat. fal. c. 9. luxuria.

Cumque dixisset eum super verticem montis Phogor. Num. 23. 28. Balach, qui Deus contrarius est, imponit Balaam in verticem montis Phogor, quod interpretatur delectatio. In verticem autem delectationis; & libidinis, imponit homines iste Balach, ut excludat eos a Deo: ex ludens enim, & delictario, interpretatur Balach. Orig. hom. 17. hic.

Et ecce una mulier, fragmen mola desuper jaciens, illi se capiti Avivalath, & confregit cerebrum ejus. Judic. 9. 53. Abimelech iste, nimis appropinquans ad turrim; est homo luxuriosus, in accurate appropinquans ad mulierem. Fragmen mola est tentatio; quae a muliere procedit, & miserum luxuriosum interficit. S. Bonavent. diat. fal. c. 9. de luxuria.

Nunc ergo vade, & perverte Amalec, & demolire universa ejus. 1. Reg. 15. 3. S. Gregorius hic per jubet AMALEC luxuriam designat hujus regum omnino delere jubet DEUS, nihil vivum reservari; sed interficere etiam parvulos, etiam cogitationes &c. Pinna Ethol. 4.

Dominus, qui eripuit me de manu leonis, & de manu ursi. 1. Reg. 17. 37. Per leonem superbia; per ursum, qui mel sequitur, concupiscentia; per gigantem, qui quasi insuperabilis videbatur, avaritia significatur: quia avaritia quasi insuperabilis est. S. Bonavent. f. 3. de D. 1. Quadri.

Cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum multus, cui insederat, pertransiit. 2. Reg. 18. 9. Absolon peccator est, mulus sensualitas est. Absolon mulo insidet, cum peccator in sensualitate delectatur. Cafaricus Absolon divitiarum sunt hujus Mundi; quercus luxuria: quercus enim cibus est porcorum. Haec est via, de qua dicit Dominus Math. 7. 13. Sparsa est via, quae ducit ad perditionem. Quercui ergo per Cafariem Absolon pendet, quando peccator fomento divitiarum luxuria inhaeret. Hugo Card. hic.

Timmis Elias. 3. Reg. 19. 3. Elias gerit hic speciem cuiuslibet justus; Jezabel carnis concupiscentiam significat: hanc fugit Elias, id est, vir justus. Hugo Card. hic.

Equis indomitus vadit dextra. Eccl. 30. 8. Hieroglyphicum juvenutis, ejusque effraenis concupiscentiae, & temeritatis. Cornelius hic.

Ollam succensam auge video. Jer. 1. 13. Anima peccatrix dicitur olla, propter concupiscentiae fervorem, propter maculae nigredinem. Nahum 2. 10. Facies omnium eorum sicut nigredo ollae. Et praedicta olla succenditur igne inordinati amoris. S. Thomas Aquil. hic.

Ex Novo.

Vidit Jesus secrum ejus jacentem, & fabricatam. Matth. 8. 14. Moraliter unaquaque anima, quae carnis concupiscentiis militat, febribus quasi aëstat. V. Beda hic l. 2. c. 8. Curatio mulieris a febribus; est curatio animae a peccatis carnalibus. S. Bonavent. in Luc. 4.

Et ecce viri portantes in letto hominem, qui erat paralyticus. Luc. 5. 18. Paralyticus est quilibet peccator: sed proprie peccatum luxuria dicitur paralyticus anima. Jer. 31. 22. usquequo delictis distuleris filia vaga. Hugo Card. hic. Paralyticus significat eum; qui diu jacuit in inertia illecebrae carnalis. V. Beda l. 2. in Luc. 5.

Ece hydropticus ante eum. Luc. 14. 2. Per hydropticum etiam significatur luxuriosus: quia sicut hydropticus, quanto plus bibit, tanto plus sitit; ita qui se luxuria immergit, amplius eam appetit. Hugo hic.

Fuistis sicut, & non cessaverunt. Of. 4. 10. Comparaverunt januata in feracitate suo Joel. 1. 17. id est, vitam finierunt bruti, & immundi, homines in peccato suo. Sancti Rupertus de operibus Spiritus Sancti hic.

Et homo quidam hydropticus erat ante illum. Luc. 14. 2. Per hydropticum etiam significatur luxuriosus; quia sicut hydropticus, quanto plus bibit, tanto plus sitit: ita qui se luxuria immergit, amplius eam appetit. Hugo Card. hic. Hydropticus morbus ab aquo humore vocabulum trahit. Proprium est hydroptici; quanto magis abundat humore inordinato, tanto magis sitire. Et ideo comparatur ei; quem fluxus carnalium voluptatum exuberans aggregat. V. Beda hic.

Ex Patribus, & aliis.

Sunt crudeliter quidam carnifices corporis voluptates; imò vero carnificibus crudeliores: nam vinculis torquent non manufactis: per oculos omnium vulnerant: per aures luxuria facies admovent;

Titulus XVI. Luxuria.

vent; aspero flagello intellectum flagellant: Porro si juventutem etiam aggressi fuerint, tum vero ignis cum igne miscetur: facile namque voluptatibus juvenis incenditur: quippe quae pinguior olei in morem, & aptior sit ad inflammationem. S. Chryf. t. 6. de Sanct. Thecla.

Cum voluptatibus, ut cum bestiiis, Martyr pugnat. Id. de eadem.

Crudelis domina, ac rabiosa, luxuria est; libidine, quasi stimulis, servilem mentem exagitat. S. Gregor. Nyss. lib. de vita Moyfis.

Cor voluptatum affectatoris, carcer utique est, & catena animae in ipso exitu articulo. S. Antiochus Abb. hom. 74.

Quisquis immunde vitae, velut uxori vir, jungitur, malè blandiens amplexibus oblectatur, nequit ex ea liberus, qui DEO placeant, gignere: quia nec potest ex amara radice dulcis fructus afferri. B. Petr. Dam. opusc. de dignit. Sacerdotii c. 1.

Sicut Judas JESUM Judaeis, sicut Dalila Samsonem Philistinum sicut Absolon David patrem suum, affigendum tradunt: sic de malignis spiritibus prodit carnalis concupiscentia: ut perdat vitam, ut fortissimum enervet, ut de folio regni regem, & patrem suum depellat. Petrus Cell. c. 17.

Cibus dulcis videtur luxuria; sed est ibi venenum peccati, quod occidit animam. S. Vincent. Ferr. f. de Invent. S. Cruc.

Mordere illi sapienter dixit: uti nec caelum respicit, nec margaritam querit porcus, sic & animus dulcedine voluptatis captus, & in luxuria cœnum delapsus, difficile potest caelestia cogitare. Drexelius in Nicet. l. 2. c. 12.

S. II.

Luxuria insatiabile peccatum.

Symbola.

Ex Veteri.

In qua erat disfas. Deut. 8. 15. Isidorus l. 12. Etymol. 4. Dipsas genus est aspidis; quae Latine scula dicitur; quia, quem momorderit, siti perit. Dipsades serpentes nocentissimi: morib ab eis continud inardescunt, & siti ardent; quare incosfanter, haurientes tandem crepant, & dissiliunt. S. Cornelius hic.

Ignis est usque ad perditionem devorans. Job 31. 12. Devorat enim Luxuria usque ad consumptionem animae per gratiae expulsionem; usque ad consumptionem vite per honoris resolutionem & usque ad consumptionem temporalis substantiae per divitiarum effusionem. Luc. 15. 13. Dissipavit substantiam suam vivendo. Luxuriose. Item iste ignis est detentivus: non enim ex igne Inferni potest aliquis erui, nisi divino miraculo. Germaniani l. r. c. 58.

Dominus, educisti ab Inferno animam meam; salvasti me a descendentiis in lacum. Psalm. 29. 4. Celada in Sulfanum: Inferni, inquit, & lacu nomine multi intelligunt carnis voluptates. S. August. hic: qui libidinibus sese immergunt, & terrenis desiderii descendunt in lacum. Et alibi vocat libidinis ignem, aeterni ignis amulum. Rupertus in Gen. quare non qualemcumque ignem, sed ignem pluit sulphureum? quia talem carnis foetorem miserunt in caelum; recte de caelo fortiter ignem, vel ignem foetidum, receperunt. Coelum; voluptatum omnium emporium, odit semper, & punit, voluptatis fœdæ amatoris, igne, & aqua in diluvio. Vide Cornelium a Lap. in Prov. 30. 16.

Sanguisuga dua sunt filia dicentes, offer, offer. Prov. 30. 15. V. Beda l. 3. in Prov. & Salomius, has duas diaboli filias, avaritiam, & luxuriam, exponunt; quae nunquam fatiantur, quae semper volunt. Octavianus in Eccl. 9.

Ignis nunquam dicit: sufficit. Prov. 30. 16. Luxuria, juxta S. Petrum 2. 2. 14. ineffabile delictum: quia cujus animam semel occupavit amor veneris; ita eo, velut igne, accenditur; ut eum restinguere nequeat; Cornelius in ep. S. Petri secundam hic.

Homini fornicario omnis panis dulcis; non fatigabitur transgrediens usque ad finem. Eccl. 23. 24. usque ad finem scilicet vixit. Tigurini: donec intereat. Cornelius hic.

Fornicatae sunt, & non cessaverunt. Of. 4. 10. Comparaverunt januata in feracitate suo Joel. 1. 17. id est, vitam finierunt bruti, & immundi, homines in peccato suo. Sancti Rupertus de operibus Spiritus Sancti hic.

Ex Novo, & Patribus.

Et homo quidam hydropticus erat ante illum. Luc. 14. 2. Per hydropticum etiam significatur luxuriosus; quia sicut hydropticus, quanto plus bibit, tanto plus sitit: ita qui se luxuria immergit, amplius eam appetit. Hugo Card. hic. Hydropticus morbus ab aquo humore vocabulum trahit. Proprium est hydroptici; quanto magis abundat humore inordinato, tanto magis sitire. Et ideo comparatur ei; quem fluxus carnalium voluptatum exuberans aggregat. V. Beda hic.

Capiebant implere ventrem suum de filiquis. Luc. 15. 16. S. Chry-

ostomus: filiquae sunt carnalium desideriorum illecebrae. Quare cupiebat saturari filiquis? quia porcus effectus affectu libidinis congruum sibi alimentum desiderabat. Elsebart. 6. Par. Chr. hic Obl. 4.

Va terre, & mari. Apoc. 12. 12. Perterram avari, per mare luxuriosi intelliguntur, ad quos principaliter venit diabolus, quia plures per hæc vitia seducit. Unde Luc. 8. 33. demones in porcos, & mare. Hugo Card. in c. 9. Jos.

Laboriosa proflus, & ad superandum difficilis, est carnis illecebra: nunquam superata quiescit, semper floret, semper viget, semper sua importunitate decertat; serpit continuo ut cancer, sevit ut ignis, rugit ut leo, tumet ut coluber, insidiatur ut latro, ceno volutatur ut aper, fat numquam dicit, ut Infernus. Sancti Laurentius Just. opusc. de inter confi. c. 3.

Asbestus lapis, ubi ignem conceperit, numquam solet deflagrare. Plinius l. 37. c. 20. Lem. semper ardet.

S. III.

Luxuria inverterata vix corrigibilis.

Num. I.

Ex Veteri.

Insit universa carnis venia carni meae, & ego disperdam eos cum terra. Gen. 6. 13. Rupertus hic; audit Noe vir justus, atque perfectus; & tacet, nullamque preceem pro injustis offert, ut DEUM teneat, & iram suscipiat. Moyfies fit supplex pro idololatra populo. Ex. 32. 31. aut dimittite eis haec noxam. Cur hic orat, non ille? causam facer textus indicat: omni-caro corrumperat viam suam. Didacus Nyss. f. 6. D. 3. Quadri. S. 7.

Corvus egrediebatur, & non revertebatur. Gen. 8. 7. id est, luxuria. Hugo Card. hic.

Veneruntque duo angeli Sodomam. Gen. 19. 1. Nota ex Joanne Climaco r. giscalæ; ad omnes Hebraeos ex Aegypto liberandos unum Moysen fati fuisse; ad liberandum vero de Sodomis unum Loth necessariis fuisse duos angelos: quia Hebraei significabant peccatores sola mente corruptos; Loth autem peccatores etiam corpore putrefactos. Mendoza in 1. Reg. 5. v. 6.

A pueri usque ad senem. Gen. 19. 4. Cum de excidio Sodomorum multa praedixissent angeli Loth, ipse omnino tacet, non orat, sed privato tantum bono consulit. Sed Abraham multum precatum Gen. 18. 23. &c. Causam reddit. S. Chryf. hom. 25. in 1. Corinth. quia Loth, qui praesens aderat, noverat immedicabile esse malum urbis, nec Deum ullis precibus fleendum. Sed unde Loth hoc novit? a pueri usque ad senem: libido omnes, etiam senes, tenebat. S. Chrysofom. hom. 7. in ep. Hebr. ad Pl. 24. 7. delicta juventutis meae &c. Iste potest quidem dicere, delicta juventutis &c. qui in senectute poenitentiam fecit, qui procedente aetate mutatur: si autem in senectute eandem turpiditatem committit; quomodo hujusmodi dignus est senex appellari, qui neque aetati reverentiam exhibet. Pinna Ethol. 123.

Dixitque Moyses ad Judicem Israel: occidat unusquisque proximos suos, qui iniuriati sunt Beelphegor. Num. 25. 5. Audita mortis sententia quid egisse putatis impudicium? palluit; ingemuit; ejulavit; inducias petit, ut scelus expiare possit &c. Scilicet! audite, & stupete! Et ecce unus de filiis Israel intravit eorum strabus suis. 2. v. 6. vidente Moysa, & omni turba filiorum Israel quae stabant ante fores tabernaculi. O impudentiam immanem, o flagitium vix gehennae supplicis omnibus plectendum! o mare impuritatis sine littore! o cupiditatem nesciam finiri, cum vita finitur. Oliva t. 2. Strom. §. Miserrere mei Deus. Salomonis lapsus Gimus, poenitentiam nescimus. Id. ib.

Ompet, qui ingrediantur ad eam, non revertentur. Prov. 2. 19.

Fovea profunda et aliene. Prov. 22. 14. Qui verba, vel oscula, meretricis libenter amplectitur, quasi jamam jam gehennalis pulsat abyssi; citoque mergetur, si pedem cautus non retrahat. V. Beda hic. Ne dedas cor insipienti meretrici: si enim ei illud dederis, absorbebitur velut in fovea profundissima; ex qua id extrahere erit difficile, & fore impossibile. Cornelius hic.

Et ecce mulieres ibi sedebant plangentes Adavidem. Ezech. 8. 14. Quid est, mulieres in planctu Adonidis sedere? nisi effeminatas animas in consuetudine peccati computruisse. S. Rupertus hic. in cathedra pestilentiae non sedis.

Non dabunt cogitationes suas, ut revertantur: quia spiritus fornicationum in medio eorum. Of. 5. 4.

Ex Novo.

Si efficit nos him, vitæ nos in gregem ponemus. Matth. 8. 31. Cum plura demonia ab obsessis corporibus depulerit Dominus, nulla tamen unquam, præter hæc, mitti in porcos rogarunt. Causam petit S. Chryfologus f. 16. ex verbis Evangelii; de monumntis exentus. Scilicet demones hi inter putrida cadavera morabantur. Afflicti ergo putredini cœnum adamabant;



unde potius mitti in porcos, quam in alia munda animalia, petebant: facile enim ab uno iocatore, & ceno, in familia pertrahuntur. Sic peccato uni affuere facile in alia labuntur. Pinna Ethol. 45.

Ubiq; prædicatus fuerit hoc Evangelium toto Mundo, dicitur quod hæc fecit. Matth. 26. 13. Quasi prodigium fuerit dignum, quod toto orbe prædicetur: nempe quod foemina libidini affueta respiceret, castitatem amaret, pietatem colerit. Alvarez Illustr. 100.

Lacrymis capiti rigare pedes. Luc. 7. 38. Quam acerbus morbus sit luxuria ex medicinz præstantia conijce. Parabili pharmaco cætera vitia curata, sed quanto labore, & impendio, impudicitia facta medicina? Publicano quid sceleratius? viduas opprimat, pauperes torquet, divites spoliat; tot tamen, tantaque, piacula delicata, festiveque, inter epulas expiantur. Vocatur a telonio Mathæus 9. 9. 10. Jesum convivio excipit. Scatimque ab usuris, ac rapinis, ad evulgandum Evangelium desinat; ex Publicano repente Apostolus. Non ita lenè medicamentum fortita est vulnere sui peccatrix: irrumpt amore facia in domum Pharisei nobilis foemina; non epulatur, sed ploratur: non accumbit, sed procumbit: non calices haurit; sed alabastrum exhaurit: non bibit; sed gemit: non jocatur; sed rugit. Esundit unguentum, lacrymas, spargit comam, oscularur pedes, convivantium districta pariter opum, fama, ruboris prodiga: Quid officiorum omisit pietissima penitentia hostia? Nihilominus, post victimas laborum, & cordis; post lacrymas, & unguenta; amasse quidem dicitur; mittitur: vadit in pacem; Mathæo autem: sequere me. Petrus negat Christum, pejerat, & respicitur: vix plorat, & princeps Ecclesie constituitur; ex transfuga fidei cælorum claviger. Latro scelera, quibus crucem meruit, blasphemis cumulat; nihilominus vix memorem sui esse Christum cupit; & regni hæres instituitur. Thomas incredulus ream dexteram non alio recludi ergastulo iustus quam amoris æratio; pro carcere lateris Domini sortitur domicilium. Multi peccarunt; sed nemo difficilior, quam peccatrix, curatur. Oliva t. 2. Strom. hic.

Ece mulier in civitate peccatrix. Luc. 7. 37. Sanavit Christus miraculo servum Centurionis. Luc. 7. 10. atque, ut divine Bonitatis proprium est, gratias priores posterioribus superare; sic Dominus ab illo famulo curato transivit in Naim ad resuscitandum defunctum filium unicum moestissime matris viduæ. Luc. 7. 11. Et factum est: deinceps ibat in civitatem, qua vocatur Naim q. d. a gradu inferiore perrexit ad gradum altiorem, ad prodigium defuncti ad vitam revocati, cui cum dixisset v. 14. adulescens tibi dico surge, statim resedit, qui erat mortuus. Hic jam videbatur Dominus in supremum miraculorum apicem ascendisse. Sed alius relinquimus erat. Subiicit enim S. Lucas: Et ecce mulier, qua erat in civitate peccatrix. q. d. oppido grandis vobis miraculum narrabo. Quodnam illud; conversio ream mulieris lascivæ; que animo toto compuncta, & lacrymabunda, currit ad pedes Salvatoris. Insinuat Lucas; tam ingens miraculum esse conversionem hominis libidinosi; ut minus putari possit, curasse agrum desperatum; & in vitam revocasse mortuum; quam ad castitatem reduxisse carnalem. Didacus Nyss. vit. Abr. l. 2. 5. Cum cætera vitia quidam sint carceres carnis lascivia infernus est. Cernens in mensa Dominum, non quæsit; sicut Chananaea micas; sed ipsum patrem vite complexata est. Chananaea enim pro filia à demone vexata interpellat; hæc verò non filiam à demone vexatam habebat; sed totum corpus lascivie demoniacæ deditum. S. Chrysof. f. in Peccatrice, & Pharisæum. Ad eò multo auxilio opus ad spiritum luxuriæ abigendum, & castitatem stabilendam! cui totus quasi DEUS necessarius videbatur. Sylveira hic q. 16.

Revertar in domum meam. Luc. 11. 24. Proh quanta adhibenda custodia, etiam post vitia profligata! En ab immundo spiritu domus sua dicitur, unde exulat! adeo difficile pellitur luxuria, si semel ostibus hæret. Nullum scelus tenax adeo est semel occupati cordis: quia exterminata libido domum vocat suam, unde profugit. Oliva l. 13. Strom. hic.

Invenit eam scopis mundatam, & ornata. Ib. 15. Miror, quomodo mundatam domum invadat iterum immundus spiritus. Fortè non refecta domus hæc fuerat; sed ad ostentationem, hypocritis consilio, purgata scopis faciliorem hosti præbuit regressum. Etenim scopis felicitus usus est in expiationem cordis, & corporis supplicium, quam in ornatu domus infelix voluptuarius. Sed fama, quam penitentia studiosior, dum totus occupatur in externo cultu, domus ejus occupatur. Id. ibidem.

Reliquit ergo bysanthiam suam. Jo. 4. 28. Post longum colloquium convertitur Samaritana ad DEUM; qui solet alios peccatores unico verbo adducere. Unde colligo, quam difficile prava circa delicias consuetudo superetur. Matth. 4. 19. 20. venite post me etc. Ut illi certitudo etc. Zacharia convertit paucis verbis. Luc. 19. 5. Zacharia festinans descendit. S. Chrysof. hom. de Samaritana; Samaritane certamina hodie nobis Christus promulgavit. Accingere gladius super femur parentis tui. Pl. 4. 4. Efcobar t. 3. Coll. Chr. hic Obl. 3.

Mulier da mihi bibere. Jo. 4. 7. ad impudicam unam foemina convertendam Dei virtus defatigatur. Quam facile alia crimina donantur fanitate! Paralytico quasi per transfennam dicit: Jam noli peccare. Joan. 5. 14. Matthæo Publicano: sequere me. Matth. 9. ait, ut unam pellicem converteret, Deo virtus fatigatur. Id. hic Obl. 8.

Mulier crede mihi. Jo. 4. 21. Samaritanæ certamina Christus nobis hodie promulgavit. S. Chrysof. hom. de Samarit. Nota, quam operosum, & arduum, negotium sit hominis libidinosi conversio; quando mulieris hujus conversio conficitur Dei vocatur. Didac. Nyss. l. 6. D. 3. Quad. 5. 7.

Fide Rabab meretrix non perire cum incredulis. Habr. 11. 31. Refert Dei miracula ab orbe condito Paulus, & post longum catalogum augustiorum periciens ascensum, ait: fide Rabab etc. Quale hoc miraculum, non perisse eam cum incredulis, si jam ab eorum coetu recesserat? Ingens miraculum est, meretricem prava consuetudine affectam non perisse. Theodoros: ut Apostolus idèi ostenderet potentiam; hæc, qui impudicè magnam vitam, partem transegerat, salutem, ait, est consecuta. Efcobar l. 5. Proph. Chr. l. 2. Obl. 1.

Oculos habentes plenos adulterii, & incohibilibus delicti. s. Petri 2. 14.

Dei illi tempus, ut penitentiam ageret. Apoc. 2. 21. S. Ambros. in c. 4. Luc. quasi clavus affigitur animæ corpore voluptuosis, cum semel adhæserit cupiditatibus demerita terrenis: difficile potest in altum, unde descendit, se revolvere.

Non vult penitere à fornicatione sua. Ib. Multorum criminum hæc mulier rea erat: nam se Prophetam fingebat, falsa docebat v. 20. alios seducebat, ad carnes idolis immolatas provocabat etc. Et tamen non dicitur, quod de his noluit penitere; sed solum de fornicatione: quia hæc est radix omnium scelerum difficillima ad evellendum Sylveira hic.

Ex Patribus, & aliis.

Infernum, & amorem mulieris, rectè conjungit scriptura. Inferni ignem tenebit domus meretricis. S. Augustinus l. 107. de temp. expendens illud prov. 30. 16. Infernus etc. Pro inferno putatur domus meretricis: quia neminem repellit, omnem intrantem ad se trahit.

Vidi ego quosdam juvenes in carnis affectus facile ruentes, & usque ad mortem in vitii consuetudine durantes. S. Basilii in Pl. 1.

Non est possibile; ut non redamet, qui amat. S. Chrysof. hom. 58. in Gen.

Cum semel à malitia fuerint occupati juvenes, quasi in captivitate essent abducti, quoquo diaboli jufferit, eunt. Consuetudo enim malitie processu temporis invalescens, tantum facit malum, ut postea non possit aliqua vinci admonitione. Idem hom. 59.

S. Cyprianus l. de bono pudic. vocat lasciviam, matrem impenitentia.

S. Gregorius Nyss. or. 4. de orat. Dom. voluptatem comparat serpenti, cuius ingressus, ob squammarum lubricitatem, facilis; sed difficulter extrahitur, ob squammas in contrarium resistentes. Si igitur fugis bestie contubernium, & que cohabitacionem; cave caput, hoc est, primum malum imperium, & incursum: ad hoc enim pertinet præcepti Domini anima. Gen. 3. 15. ipse observabit calcaneum tuum; & tu observabis caput ejus. Calor iste desiderii carnalis, fervore libidinis temporalis, æternum gehennæ ignem, & ultricum flammam æterna promulgavit incendia. S. Paulinus ep. 11. de duob. senib. judic. libidinosi.

Valete adulteri, valete detestabiles impii: vos flammam expectati æterna, vos vexanda Tartarorum jam fauces excipiunt: vos infernarum fornacum claustra in æternum jam coercent; usufruant, excruciant. Detruduntur illic valedicentes rerum naturæ; ultra nesciuntur à DEO, qui DEUM scire noluerunt. S. Zeno f. super attende tibi. Tob. 4. 13.

Majus miraculum est, de propria carne fomitem eradicare luxuriæ, quam expellere immundus spiritus de corporibus alienis. S. Laurent. Just. de continentia c. 2.

Dum homo nimis delectationibus carnalibus detinetur, non curat delectationes spirituales, & que proprie ad gaudia futuri sæculi pertinent, & disponunt, pervenire; in eò casu fallit, & quodammodo desperat. Gerfon de 7. vit. cap. 1.

Concupiscentia carnis limus est, id est, lutum viscosum: quem enim arripit, quasi inseparabiliter sibi agglutinatur. Inde est, quod caro nostra potius dicta est facta de limo, quam ex terra, vel lutu: ut in hoc servens ipse glutinum infanaretur. Blesensis f. 26. in sefro S. Petri ad vincula.

Luxuria maximum reprobationis signum. I. quia maxime discedit ab ultimo fine: maxime enim trahit ad sensibilia, & retrahit à puro, & summo, intelligibili, quod est Deus. II. tota prædestinatio fit per conformitatem ad Christum. Rom. 8. 29. quos præcivit, & prædestinavit, conformes fieri imaginis Filii sui. CHRISTUS crucem dilexit, luxuriosus carnem. Jacobus Pius de Chr. Crucif. l. 4. t. 1.

Luxuriosus hinc; non possim.

Uxorem duxi, & idè non possim venire. Luc. 14. 20. S. Greg. hom. 36. in Evang. quid per uxorem, nisi carnis voluptas accipitur? Ingentem difficultatem ostendit veniendi ad cœnam magnam. Non rogat iste, sed impotentiam veniendi pro ratione affert: quia animus carnalibus delectationibus deditus tam est rationi alienus; ut non roget rationem sui haberi; omnino elongatur à spiritualibus. Cajetanus hic.

Juvenis eò prolapsus spurce libidinis consuetudine, ut omnem sui emendationem desperavit. Principis non obstitit, cum posset. Vivebant adhuc in illo quædam scintille pietatis, quas ille tamen sopivit, & extinxit. Conscientiæ vulnera patefecit sepius sed ad pristina itidem relapsus nullum sermone penitentia dedit specimen. Quem Sacerdos demum officii Christiani commensat: nisi filii, ait, hæc in confessione sepius exposuisti, & unâ emendationem proposuisti; sed nulla sequitur. Ego tandem, quod officii mei est, noxis abolere non potero, nisi pedem revoces. Ut juvenis solutus in lacrymas: quid Pater te dicitur, inquit, vanis promissis fallam, & promittam, que præstiturus sum nunquam. Ut scias, ea vis est tentationis; ut si hinc hiantes inferos, & totos diabolorum exercitus in me ruituros, cernam, illic affueto crimini occasione videam; me hæc cohibuitur non sum, quod minus ad objectas voluptates ruam; etiam si certo sciam, à diaboli ad inferos rapiendum. Doleo, sed vitis abstinere non possum. Drexelius Palast. Chr. p. 3. c. 9. s. 2. Ex speculo Exemp.

Num. III.

Luxuria durat in mortem.

Quæres: an Salomon sit damnatus? an salvatus? Damnatum censent Tertull., Cyprian., August. & Chrysof., Beda, Raban, Isidor., Lyran., Abulens. etc. quia amor ardens foeminarum, longa consuetudine roboratur, penè est insuperabilis. Huc facit quod ante paucos annos in Italia uni e nostra Societate contigit. Vocabatur ille, ut concubinario cuidam in morte adesset; adiuvit ille; & totis viribus eum ad penitentiam hortatus, ut amoribus illi valediceret; nunc blandiendo nunc minando instans Dei Judicium; & gehennam. Sed & concubina flens rogabat eum, ut penitiret, & moriendo animæ suæ consuleret. Omnia frustra: ille enim dixit; nec posse, nec posse, apicam tam diu dilectam abdicare. Quare impetens mortuus. Corn. in 3. Reg. 11. 13.

S. I. V.

Propter luxuriam multi damnantur.

Fili hominum, usquequò gravi corde? Pl. 4. 3. Nihil facit cor adeo grave, ut libido; & ad ea, que ad hanc vitam pertinent affecto; & terre affum esse. Non erraverit, qui cor luteum appellaverit. Et ideo id grave vocavit; & id dixit esse causam malorum: quod, cum aurige locum teneat, non solum equum non cohibeat, sed etiam cum eo trahente deorfum præcipitet. Nè faciamus ego cor grave: nè quemadmodum navigia, que nimium habent saburra, demergatur. S. Chrysof. hic.

Miserere mei Domine, vide humilitatem meam de inimicis meis, qui exaltas me de portis mortis. Pl. 9. 14. 15. Non agit de alia morte, quam æterna; de aliis inimicis, quam vitis, & hostibus anime: ut notat Bellarminus. Ergo humilitatem suam vocat adulterium: hoc ejus abjectio, & depressio. Quid enim magis hominem, Dei imaginem, Angelis upporem, humiliat, & confundit, quam incontinentia? Vocat etiam David portas mortis: quia luxuria plures portas Inferni habet; ob species varias hujus vitii: vel quia innumeris peccatoribus ob illud damnantur. Fernandus in Gen. 3. Sect. 18.

Pedes ejus descendunt in mortem; & ad inferos gressus illius pertrahunt. Prov. 5. 5. Pro genitricem. Hebr. est, sustinebant; fulcitur, roborabant infernum; sicut sustentatur paries fulcro, nè cadat: quia scilicet major pars hominum damnatur propter libidinem. q. d. vacuaretur, & quasi caderet Infernus, nisi libidinosi eum implerent, & sustentarent. Cornelius hic.

Lata porta, & spatiosa via est. Matth. 7. 13. est; in desiderii carnis ambulare, per vitiorum abrupta incedere, Mundum vanitatis inhærere, sine timore peccare. Dionys. Carthus. hic.

Statuet oves quidem à dextris, hædas autem à sinistris. Matth. 25. 33. Cur omnem damnatorum colluviem sub hædorum figura descripsit? cur non leones tygidis &c. vocavit? Non aliam ob causam, quam ut innuat, ferè omnes damnari ob libidinem: est enim hoc animal Symbolum libidinis. Posti hoc vitium comparat S. Greg. l. 6. c. 2. in l. Reg. que plurimos, & ubi vis, facillimè inicit. Pinna Ethol. 4.

Luxuria ægè vincitur: multis amuletis opus est.

Ex Veteri.

Benedictio illius, qui apparuit in rubo veniens super caput Joseph Deut. 33. 16. Rubus ille circumdatus flammis non comburebatur. Ex. 3. 2. Joseph, concupiscentie flammis ardente foemina, tentatus non incenditur Prodigium grande est; juvenem inter has flammis non aduri. Alvarez Illustr. 100.

Recessit quicumque fecit Amalec Israel. 1. Reg. 15. 2. Amalec peculiariter significat libidinem, seu demones ad libidinem incitantes. Ità S. Greg. in libr. Reg. Amalec populus lambens interpretatur: lambere enim est mentem ad peccandum carnis blandimento delinire. Multos in solitudine hostes Israel stravit, Amalecitas, Ammonitas, Idumæos etc. ad nullos verò, nisi ad Amalecitas sternendos, jubetur viros eligere. Ex. 17. 9. Rationem dat S. Greg. quia ad libidinem vincendam, non unum, sed multa præidia requiruntur. Mendoza hic.

Vidit mulierem se lavantem. 2. Reg. 11. 2. Audiant curiosi, qualitatis formas contemplantur. Audiant, qui infans spectulorum studio tenentur: qui dicunt, spectemus quidem, sed sine detrimento. Quid audio? David læsus est, & tu non læderis? ille læsus est, & ego tuæ virtuti confidere queo? Is, qui tantam Spiritus S. gratiam habebat, speculum exceptit; & tu laudari te negas? S. Chrysof. in Pl. 50.

Salomon, cum jam esset senex; depravatam esse cor illius per mulieres. 3. Reg. 11. 4. Quid fiet incaute juvenenti? Cur modo sit mentio senectutis, cum luxuriantem audimus? S. Greg. abist, ut dicas, hoc ad excusationem illius effuditur: magis voluit hominem verberare, qui in senectute tam profunda non erubuit pravis cupiditatibus inhærere, Alvarez Illustr. 190.

Vox curiaris audita est in terra nostra. Cant. 2. 12. Bene addidit nostra: quasi admirans; quod, ubi antea impudicitias, ibi castitas. S. Ambr. l. de Isaac c. 4. apud Bæza t. 2. l. 6. c. 5. §. 16. Quid clamabat omnis caro sanum. Il. 40. 6. Inculca hominibus, eos esse scœnum, & instar scœni facile libidinis flammam concipere posse. Quod si perferret, omnia perficere; nec tibi aliud dicendum restat, eos ad meliorem frugem reducendi. Pinna Ethol. 108.

Ece ecce Dominus stans super murum litium, & in manu ejus triella cœmentarii. Amos 7. 7. Sept. in manu ejus adamans. Justus quisque, ubi ad tantam pervenit gratiam, qua Dei manibus hæreat; firmatus adamans est. Adamans ferros, igneque potentior: à quo enim vincetur adamans? & adamans in manu Domini timebit? ignem? ferrum? nullo modo. Sed unum habet, quo mollescit adamans, nimirum hæcili languinem. Est factus in adamans in manu Dei; est omnia difficilia superaverat; unum adhuc est, quod timeas: animale libidinem. S. Hier. in Amos: habet in manu adamantem; qui in tantum robustus est; ut dicatur ad eum: si transferis per ignem, flamma non comburet te; quantoque magis tentationibus exditur, tanto fortior fit; ac pro nomine Salvatoris inter flagella lætatur. Cuique à fullo superari queat, solo mortifero libidinis calore dissolvitur. Bæza l. 2. c. 7. §. 20. Cor suum possiderunt ut adamantem. Zach. 7. 12.

Ex Novo Patribus, & aliis.

Lacrymis capiti rigare pedes ejus. Luc. 7. 38. Non janitores, non famulos domesticos, generosa mulier timuit, nec duram altantum increpationem; unum hoc secum cogitans, dicebat: quod si totam meam faciem, quasi ferream, aut æream non reddidero; salvari ex turpi inundatione lascivie meæ non potero. Sancti Ephrem. de S. Magdalena. Nullis parit fumpibus, nullis lacrymis, omnia adhibet media.

Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus. Rom. 6. 12. Non otiose dixit, non regnet, ut exprimat difficultatem expellendi lasciviam, quæ in homine regiam figit in quo multo cincta milite, morte regum, in regno suo fe munit, & confirmat, nè expelli queat. Bæza t. 2. l. 6. c. 5. §. 16.

Debet mulier potestatem habere super caput propter Angelos. 1. Cor. 11. 10. Chrysof. sic legit: Debet mulieres habere velamen propter Angelos. 1. Cor. 11. 10. Angeli in libidinem pellicit non possunt sed homines; etiam Angelica puritate præditi. S. Chrysof. f. de Ascens.

Malum omne facilis vincitur, quam voluptas: quia illud, quidquid est, horridum est; hoc blandum est. S. Cyprianus l. de bono pudicitie.

Quantos leones domuit una muliebris infirmitas delicata; que cum sit vilis, & misera, de magnis efficit prædam. Id. de singularit. Cleric.

Cave, quæso, nè quando de te dicat Deus: virgo Israel cecidit, & non est, qui suscitet eam. Amos f. 2. Audenter loquar: cum omnia possit Deus; suscitare Virgine non potest post ruinam. S. Hieronym. ep. 22. ad Euluch. de custodia Virginit.



O quoties ego ipse in eremo constitutus, & in illa vasta solitudine; que, exulta solis ardoribus, horridum Monachis praeferat habitaculum; putabam me Romanis interesse deliciis. Sedebam solus, quia amaritudine repletus eram: horrebant facco membra deformia; & squalida cutis sicut Aethiopicæ carnis obdlexerat. Quotidie lacrymæ, quotidie genitus; & si quando repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo vix ossa hærentia collidebam. -- Ille igitur ego, qui, ob gehennæ metum, ipse me tali carcere damnaveram; scorpionum tantum focus; & ferarum; sæpe choris intereram puerum. Pallebant ora jejuniis; & mens desideris æstibat in frigido corpore; & ante hominem, sua jam carne præmortuum, sola libidinum incendia bulliebant. Id. ib.

Non illam solum persecutionem putas, quando furore gentiliū ad immolandum idolis cogentis; sed si forte te voluptas carnis illicita, si tibi libidinis alludat illecebra; hæc, si virtutis es filius, tamquam persecutionem maximam fuge. Origen. hom. 7. in Gen.

Cum multi sint morbi, & ægredines animi, quibus homines capiuntur; nihil tantum in nos habere vim ostendit, quantum spurcissima hæc libido. S. Gregorius Nyss. lib. de vita Moys.

Bella gentium legimus superasse quamplurimos; quos tamen pugnas carnis legimus non vicisse; regnis fuisse terrore, ludibrio fuisse peccatis. S. Chrysol. l. 4. r.

Certamen adversus Spiritum fornicationis longum præceteris, ac durissimum; & perpaucis ad purum devictum, immane bellum. Joan. Cass. de coenob. instit. l. 6.

Venerem fabulamur de mari oriundam, & ex aquarum spumis Out ex humidis, ac frigidis aquis orta fingitur? nonne melius vini diceretur; de quo Eph. 5. 18. *ne sit inebriari vino, in quo est luxuria.* Et Prov. 20. 1. *luxuria facit vinum.* Quid ergo illi veneris, si di amoris deæ, originem in aquas referunt? S. Hieron. ait: eos nos oneri, etiam securitati posse esse periculum. Nam si Venus, si luxuria, ex frigidis aquis prodit; quomodo non magis ex calido vino nascetur? & quantum ea cavendum? Didac. Nyss. l. 4. D. 4. Quadr.

§. VI.

Luxuria est contraria Luminis rationis, & fidei.

Ex Veteri.

Superavit ignis (luxuriæ) & non viderunt solem iustitiae. Pl. 57. 9. Hugo Cardin. hic.

Veneris angulus aliena. Prov. 23. 27. id est, meretrix, que non est tua uxor. Comparatur puteo angusto: quia sicut puteus profundus est, & obscurus; sic est libido, & meretrix. S. Chrysol. hom. 11. in 1. Corinth. quando ab impudica libidine capta fuerit anima: sicut nubes, & caligo, corporis oculos; ita cum illa eruperit menti perspicendi facultatem; nihil sinit videre ulterius, & non præcipitium, non gehennam, non timorem & tamquam fenestris carens paries undique ante oculos excitatus, non sinit radium iustitiæ menti illucere, absurdus libidinum cogitationibus ipsum undique arentibus. Cornelius hic.

Tenebræ circumstant me. Eccl. 23. 26. Qui firmus in fide persisterit cupit, sit castus; castitas enim est cultus veræ fidei, & religionis; hæc enim invertit libido. Id. hic.

Labor Egypti. Eccl. 11. 45. 14. Per laborem Egypti significatur peccatum luxuriæ: quia obtinebat rationem. Hugo Card. hic.

Fornicatio, & vinum & ebrietas, auferunt cor. Ol. 4. 11. id est mentem, rationem, iudicium; ac hominem dementat, factique vecordem. Ita Theodoretus. S. Ambr. l. 4. in Luc. c. 4. Theotimus, cum gravi oculorum incommodo laboraret, & amaret uxorem; interdixit sibi à Medico facultate coeundi; cupiditatis impatiens, atque impetu libidinis raptus, vale, inquit, amicum lumen. Cor. hic.

Non dabant cogitationes. Dominum non cognoverunt. Ol. 5. 4. Ecce quot mala facit luxuria! ex quo enim Spiritus fornicationis possedit cor, statim recedit cognitio Dei. Hugo Card. in c. 8. Gen.

Ex Novo, & Patribus.

Oblatus est ei dæmonium habens eum. Matth. 12. 22. Carnalium voluptatum delectatio est dæmonium eorum: hæc est carnalis concupiscentia, quæ excæcat oculos mentis. S. Thom. Aqu. D. 2. Quadr.

Sinister ille, cui sunt. Matth. 13. 14. S. Greg. l. 6. ad 1. Reg. 2. Superbi Pharisæi ab ipsa Veritate cæci non mutantur, quæ Dicitur: *superbi cæci sunt, & aures cocorum.* Quæ utique cocorum speculatio libidinis adhibetur: quia nulla sunt vitia que spiritus tenebras menti ingerant, quam libido.

Fide habet meretrix in peris, non in carnis. Hebr. 11. 31. Luxuria mancipium fuit, & ad huc salvata est: appellamus ad fidem: grande fidei prodigium reputari debet: hæc non peris. S. Ambr. l. 4. ep. 4. ubi incepit: quis luxuriam, incipit deficere à fide vera. Alvarez Illust. 100.

Impossibile, impossibile est profecto; si vitam impuram habeas, in fide non vacillare. S. Chrysol. t. 6. l. 1. de V. Ap.

Cupido cocus fingitur; ut cocitate corporis repræsentet cocitatem mentis. Eusebius 8. Strom. c. 6.

Quid detentius est concupiscentia mala; quæ ita totam excæcat mentem, ut non tantum timorem Dei, quantum etiam ipsas penas legum, infamemque mortem, oblivioni dans; nihil in mœcho remaneat luminis, quod non totum occupent feræ tenebræ. S. Prosper. p. 1. c. 36.

§. VII.

Luxuria vicina, & affinis est morti.

Tollent vitulam de armento, qua non traxit jugum, nec terram sciendit vomere: & ducunt eam ad vallum asperam, atque saxosam, que nunquam arata est, nec semenem recepit; & cedunt in ea cervicis vitula. Deut. 21. 3. 4. Hæc vitula est anima vana, & lasciva; quam nec jugum obedientiæ domat, nec aratum penitentiae fatigat. Hanc finaliter demones de armento trahunt; ac ad asperam, & saxosam vallum ducunt; quando eam de corpore vel de Mundo educunt, ac penam æternam deserunt: quæ dicitur vallis ratione profunditatis; aspera ratione acerbitatis; & saxosa ratione æternitatis; quia saxa valde durabilia sunt, & ibi ejus cervositatis lascivæ penitus deponuntur. Gemiani l. 1. c. 44. Lascivus homo similis est campo: est enim campus planus, & incultus, nec vomere sulcatus, nec fimo impingatus, sed deambulationibus, & lufibus deputatus. Sic lascivus vomere penitentiae non sulcatur. Ib.

Mors in olla. 4. Reg. 4. 40. Mors est in olla deliciarum Mundis, que gulam, & Venerem provocat; ideoque varios morbos, ac mortem præsentem, & æternam accersunt. Cornelius hic.

Vinata est ad mortem domus ejus. Prov. 2. 18. Hinc Venus dicta Libitina; eò quod præflet mortuorum feretris, & sepulchris: in cuius proinde templo vendebatur, & locabatur, ea, que ad sepulchram pertinent. Cornelius hic. Plutarchus in quaestionibus refert: in æde Libitinae Veneris omnia ad funus pertinentia servari solita sepulture instrumenta.

si hoc ego, mors mihi est. Dan. 13. 22. An non aptius respondisset Susanna: si hoc ego, vita mihi est; si autem non ego, mors; mors. Intellexit ipsam libidinem mortalissimam mortem esse. Mendoza in 1. Reg. 1.

Qui voluptatibus indulget, qui libidinem obsequuntur; ii animam suam corpori mancipant; mortemque cõdemnant: quia se corpore addixerunt; in quo habet mors potestatem. Lactantius l. 6. div. instit. de verò cultu.

Væ delicias sectanti! tempore enim exiguo tantam vitulum ad magtationem paratur. S. Nilus Cap. Paraceta.

Bibere delicias hujus Mundi, est bibere de fonte mortis. S. Vincent. Ferr. l. 2. in Pasch.

§. VIII.

Luxuria vicina, & affinis Inferno.

Olla succulam ego video. Jer. 1. 3. Hæc olla Infernum significare potest; in quo diabolum, tamquam cocus horribilis, carnes suas, idest, carnales vel luxuriosos coquit. S. Bonavent. l. 1. D. 12. Pent.

Narrat Gregorius l. 4. dial. c. 53. de fornicatore, qui sine penitentia mortuus, & in loco sacro sepultus, quod ignis ex fundo sepulchri processerit, & non solum carnem, & ossa voraverit; sed ipsam terram undequè consumpsit. S. Bonav. l. 2. de S. Jacob. Ap.

O ignis infernalis luxuria! cujus materia gula; cujus flamma Superbia; cujus scintille prava colloquia; cujus fumus infamia; cujus cinis inopia; cujus fœnis gehenna. S. Laurent. Just. de sobriet. c. 3.

§. IX.

Luxuria facit ex homine pecus.

Non vir iustus. Gen. 6. 9. S. Chrysol. legit. *Non homo iustus.* Non homo; inquit, commune nomen pro laude iusti usurpat: nam ceteri, ob carnales voluptates, quibus immerfi erant, amiserunt esse homines. S. Chrysol. hic.

Miser factus sum, & curvatus. Ps. 37. 7. Qui graviter peccat, præferim peccato luxuriæ; hoc ipso fit miser, & curvatus: quia relicto Deo, in quo est nostra beatitudo, curvatus ad terram, & fit iumentis similis: ac per hoc miser valde, usque in finem: ut non inferior fieri poterim, cum à delectatione angelorum curatus sim usque ad voluptates pecorum. Bellarminus hic.

Extremum est amper de syba. Ps. 79. 14. id est, Nabuchodonosor, quem, ob carnalia vitia, porco similem fuisse scribit Euthymius. Id. hic.

Ut palaret porcos. Luc. 15. 15. Tali honore demones afficere solent cultores suos. Ut primum quis à Deo defeciverit, pergit carnis

nis illecebras; & voluptate, demoniis adherere cœperit; statim, quasi in porci naturam verus, terram tantum spectat. S. Tjus Boër. hic.

Sues, qui sunt voluptatibus dediti. Clemens Alex. Or. adh. ad Grecos.

Hi verò, velut irrationabilia pecora. Eccl. 2. Petri 2. 12. Per pecora intelliguntur luxuriosi. Sanct. Thom. Aqu. in 1. Cor. 15. Lect. 6.

Intercessione ad Deum S. Malachiæ, impurus leno vidit ad virginem foedissimum bufonem ad repentem; quo viso violare eam abhorruit. S. Bernardus in vita ejusdem, & addidit: non profusus alter decuit bestialem extinguere libidinem, quam per frigidissimum vermem.

Si corpus nostrum in tantam canini corporis transiret similitudinem, in quantam animæ caninæ similitudinem anima nostra per luxuriam transit; quis nos ferret, & quis non horret? melius autem, & tolerabilius, quæ corpus nostrum in bestiam commutari, anima in sua dignitate, idest, Dei imagine permanente; quam corpore humano animam fieri bestiale. Guigo confid. detranq. animi c. 3.

§. X.

Luxuriæ comes est egestas.

Apprehensa lucina vestimenti ejus. Gen. 39. Luxuria paupertatis comes est. Idem fuit, juvenem ardentem amare, atque in ejus vestes manus statim injicere. Alvarez Illust. 102.

Sedit populus manducare, & bibere; & surrexerunt ludere. Ex. 32. 6. Idolum est luxuria; cui inares, & annuli offeruntur. Ex. 32. 25. Ludum vocat Scriptura luxuriam. Multos ludus alex egestas fecit; plures vero ludus luxuriæ. Id. ib.

Faciem ejus præcedit egestas. Job 42. 13. Individua, & insparabiliter luxuriæ comes est egestas. S. Basilus.

Dissepavit substantiam suam vivendo luxuriose. Luc. 15. 13.

§. XI.

Luxuria foedum vitium.

Fac tibi Arcam. Eccl. 6. 14. Infima mansuetudo est sententia, per quam significatur luxuriosi. Hugo Card. hic.

Stilabitis Dominus musca, que est in extremo fluminis Egypti. Il. 7. 18. Musca hæc, propter immunditiam; & inquietudinem, dicitur luxuria; & rectè dicitur in extremo fluminis, idest, Nili, qui in septem dividitur rivos: quia luxuria inter septem mortalia extremum locum tenet; propter foetorem, & immunditiam. Hugo Card. in Gen. 6. 14.

Propter istam causam spiritus dicuntur immundi, quia spurcissimi sunt, quia humanum genus, per suas suggestiones, multimodis immunditiam, atque ignominiam passionibus afficiunt. Rup. l. 10. in Apoc.

S. Francica Romana divino munere foetorem peccatorum persentebat, ac faciem ab impudicis avertibat: & si propè lupanaria iter haberet, præ foretore ferè examinata ruebat. Vitæ l. 1. c. 9.

B. Magdalena de Pazzis, cum Sacrum ejus corpus, ad templum de monasterio elatum, jaceret in feretro; inter reliquos accessit adolescens libidinosus; qui, dum faciem castissimæ Virginis intueatur, illa faciem avertit ab illo in alteram partem. In vita.

Post mortem B. Oringæ, sive Christianæ V., adfuit funeri foemina male famæ; quæ, ut in sacrum Virginis corpus defixit obtutum, illic Oringa faciem sibi veste, qua erat cooperta, propriis manibus contexit. Bollandus 10. Jan.

SS. quinque Martyrum Ord. S. Francisci reliquias cum fornicariis contingere vellent, sublevaverunt se in altum, ut tangerent non possent. Poenitens attingit. Bolland. 16. Jan.

Locum sepulchri S. Kentigerni Ep. libidinosi pedibus non possunt contingere: repente enim moriuntur: aut incurabili morbo puniuntur. Bolland. 13. Jan.

S. Catharina Suecica, filia S. Brigitte, in infantia impudicæ nutricis lugere ubera contempsit: mamillas verò S. Sux Matris, & quarundam continentium mulierum sine horrore bibebant. Bolland. 24. Martii.

Idem legitur de S. Roberto Abb. Ord. S. Benedicti apud eundem. Bolland. 24. April.

§. XII.

Luxuria facit vilem.

Filius tuus Joseph vivit. Eccl. 45. 26. Si ponamus, potuisset vinci à libidine, & peccare cum uxore Domini sui; non puto, quod hoc à Patriarchis de eo nuntiatum fuisset patri ejus Jacob, quia filius tuus vivit: Hoc enim si fecisset, sine dubio non vivebat. Origen. hom. 15. in Gen.

Humiliavit uxorem proximi sui. Deut. 22. 24. Sanct. Cyrillus Alex. l. 8. de ador. illius defforationem sacre littere non solum humiliationem senserunt, sed & appellandam censuerunt;

quasi venerationis quãdam amissionem. Abulen. q. 3. ad Deuteron. cum defforata fuerit humilitas, & sit contemptibilior. Velloso in Judith 4. Patren. 13.

Miserere mei Domine, vide humilitatem meam. Pl. 9. 14. David rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Uria. Matth. 1. 6. Tanta adulteræ foeditas est, ut eam Mathæus non exprimat. Bethsabea hæc est; non tamen nominatur: sive ne famam terat adulteræ; sive ut ostendat, eam suo nomine indignam esse. Velloso ib.

Veni mulier de samaria. Joan. 4. 7. Hujus mulieris nomen Joannes non exprimit; quia libidinis morbo laborabat: nam addicti libidini sunt indigni quo vitarentur, qui nominentur. Elcobar t. 3. Coll. Chr. Obs. 5.

Instrumentum quoddam est animæ corpus, & tamquam vestis, & stola, animæ. Parcite corpori, tamquam templo spiritus Sancti. Nè parva voluptate vendatis magnam dignitatem. S. Cyrill. Jerof. Catech. 4.

§. XIII.

Luxuriæ malitia, & gravitas.

Ex Veteri, & Novo

Iniciatusque est Israel Beelphegor. Eccl. Num. 25. 3. Hoc ejus consilio factum est; ut luxurioso populo filiarum Moab objiceretur pulchritudo. Sciebat propheta nequam, in quo esset populi illa maxima fortitudo. Sciebat, inquam; unde hoc, ut populus ille tamquam leæna confurgeret. Scilicet quia Dominus ejus erat eum, cujus fortitudo similis est rhinocerotis. Ut igitur castitatis amatorem, quasi rhinocerotem, abigeret ab Israël, hoc impium dedit consilium, quatenus ad fornicandum allectus populus, insuper etiam contra Deum suum, non qualescumque idolum, sed Beelphegor, id est, simulacrum turpitudinis, initiaretur; qui idem apud Romanos olim erat Priapus. Sanct. Rupertus hic.

Pepigi factus cum oculis meis: quam enim partem habebat Deus in me desuper. Job 31. 1. 2. Offendit, quare tam sollicitè hoc peccatum vitaverit. Et primam quidem rationem assignat hanc: quod per peccatum luxuriæ homo maxime videatur à Deo discedere: accedit autem homo ad Deum per spirituales actus, qui maxime per delectationem venerem impediuntur. S. Thomas Aqu. hic Lect. 1.

Amovet malitiam à carne tua, Eccl. 11. 10. Per malitiam libido accipitur. Cornelius hic.

Miser illum in villam suam, ut palaret porcos. Luc. 15. 15. Pastor pecorum fit, qui semel coepit luxuriando vivere: quia ad nique docenda alios crimina trahitur. S. Chrysol. ferm. 2. quod autem mercenarios suos mittit ad porcos, facit hoc insatiata crudelitas: quæ non contenta est, homines criminosos fieri; nisi eos vitorum duces, criminum faciat & magistros. Pinna Eth. 213.

Eum, qui sic operatus est: tradere huismodi Sathana. Eccl. 1. Cor. 5. 3. 5. Cur spiritui Christi habitanti in Paulo magis odiosus fornicator, quam negator? Tertull. l. de pudicitia: nulla ad libidinem vis est, nisi ipsa; necit quolibet cogi. Negationem verò quanta compellunt, ingenia carnis, & genera pœnarum? Quis magis negavit? qui Christum vœxat, an qui delectatus, amicit? qui, cum amitteret, doluit; an qui, cum amitteret, luit? Beza t. 2. l. 8. c. 5. §. 5.

Miseri serpens ex ore suo. Apoc. 12. 15. Os diaboli est os allucientis ad fornicationem. Sanct. Bonaventura ferm. 2. fer. 4. Pentec.

Ex Patribus, & aliis.

Quod sciam, non fumus nostri; sed pretio empti. Et quæli pretio? Sanguine Dei? Ledentes igitur carnem istam, eum ledimus. Tertullian. ad Uxorem l. 2.

Cupiditas caducæ voluptatis delet desideria æterna. Eusebius 8. Strom. c. 6.

Quenam est mulier hæc tam potens, tam domestica, tam fallax; quæ virum de Apostolatus culmine dejecere valeat? utique carnis natura est. Ordinatione etenim divina in suæ creationis exordio ancillæ ministerium sortita est; sed peccati consuetudine inolente viri sibi usurpavit imperium: adeo ut reperitur difficile, qui carnem spiritui, sicut debet, subigere valeat. Hæc sub suggestionibus suis virilem enervat animum; & à veritatis tramite deviare facit; atque agnitam fidem foedis operibus negare compellit. Toties quippe anima Deum negat, quoties carnis subferunt voluptati. S. Laur. Justin. de triumph. &c. c. 9.

Ite sunt incendiarie Mundi. B. Humbertus f. 100. ad mulieres meretrices.

Nihil ita mentem hominis alienat à DEO, quàm amor mulierum. S. Honorius l. in Septuagesima.

Qui imaginem Crucifixi proijceret ad latrinam, esset infidelis, & proditor. Modò nulla imago est magis propria imagini DEI, quàm homo: quando ergo facis luxuriam, proijcis imaginem Dei in latrinam, & lutum luxuriam. Sanct. Vinc. Ferr. l. 3. D. 3. post Oct. Pasch.



Nihil effrenata luxuria evidentius signum est, quam de hujusmodi (castis) sermonibus indignari. Ulcerosus omne, quod tangit cum, asperum putat; scabiosus rasorem horret; sur lucem, puer proceptorum. S. Bernardin. t. 1. l. 17. de sacra Relig.

E priscis ille sapienter dixit: ut nec coelum respicit, nec margaritam querit porcus; sic & animus libidine voluptatis captus, & in luxuria coenum delapsus, difficile potest coelestia cogitare. Drexelius in Niceta l. 2. c. 10.

§. XIV.

Luxuria Spiritui Sancto, & Christo exosa.

Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Gen. 6. 3. idest, Spiritus S. non morabitur amplius in hominibus, quos peramanter curabat, ac tuebatur, quia Caro sunt; & nihil puritati Spiritus S. aequo contrarium, ac impuritas. S. Ambros. Spiritus S. Spiritus Sapientiae est, Spiritus cognitionis: habet ergo Sapientiam, habet & disciplinam: hic Spiritus non permanet in hominibus, quia caro sunt. Carnis enim natura disciplinae repugnat, quia voluptati obtemperat. Ferriandus hic.

Attulit alabastrum unguenti. Luc. 7. 37. Noverat lasciviae feccatorem: & spurcitiam, sagax scemina; quae Dominum non audeat convenire, nisi ferens secum copiosam odorum fragrantiam. Baeza t. 2. l. 6. c. 5. §. 8.

Vade, voca virum tuum. Joan. 4. 16. Non dicit, vocatum concubinarium ut revera erat: nec enim in castissimo Jesu ore cadebat nomen, luxuria notam sonare. Sylv. hic.

§. XV.

Luxuria est demoni amica.

Fleonum quasi bos comedit. Job 40. 10. Diabolus dicitur bos, quando tenet de luxuria. Hug. Card. in Gen. c. 1.

Inrepta seras arundinis. Pl. 67. 31. Per has seras describuntur demones; qui libenter versantur inter homines vanos, & leves; & in locis humentibus, ubi regnat luxuria. Bellarm. hic.

Erat in Synagoga eorum homo in spiritu immundo. Marci 1. 13. Dicitur hic spiritus immundus propter obstinatam in impietate mentem, foedamque a Deo defectionem: tum maxime, quod oblectans, flagitiosaque operibus mirifice delectatur. Victor Antioch. hic.

Cupiscit implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant. Luc. 15. 16. Porci, ipsi maligni spiritus sunt, quia in feccatore, & victoriam stercore, delectantur. Hos autem porcos illi pascent, qui eorum voluntati obediunt, eorumque desideria complent. Luxuria siliquae sunt, quibus maligni spiritus nutriuntur. His autem ventrem suum peccatores implere cupiunt: quia, praeter nimio peccandi desiderio; his satiari non possunt: quanto enim amplius peccant, tanto amplius peccare desiderant. S. Euseb. Emis. Sabbato post D. s. Quad.

Qui luxuriam exercet, portio diaboli est: nulla enim sunt diabolo spidiores cupiditate, quam corpus, & anima luxuriosus. S. Ambros. l. 16. in Pl. 118. apud Ferrandium in Gen. 3. Sect. 18.

Venatores hominum iniqui sunt spiritus: qui nimirum venatorum more, carnes quarunt; dum quoslibet homines, ut carnaliter vivant, immaniter persequuntur. B. Petr. Dam. l. 2. ep. 18.

Cum aliquando ad S. Martinum puella quaedam sisteretur, quam diabolus invaserat, sollicitatus magicis artibus alicujus adolescentis, qui illius expugnare pudicitiam conabatur: interrogatus diabolus a S. Martino, cur non potius sceleratum juvenem, quam innocentem virginem, arripuerit: respondit: quia juvenis habet collegam meum, amoris demonem. Mendoza in 1. Reg. 5. v. 6.

§. XVI.

Luxuria poena.

Dominus pluit super Sodomam. Gen. 19. 24. Vidimus in hac ipsa etiam vita gehennae imaginem: tale est Sodomorum incendium; cujus rei testes sunt, qui illic accesserunt. Contemplant, quam ingens hoc peccatum sit; ut opus fuerit ante tempus gehennam apparere. Isidorus Clarius l. 1. or. 35.

Surgite fugiamus. 2. Reg. 15. 14. David, antequam fuisset in deliciis, leonem occidit, & ursum. 1. Reg. 17. 36. At deliciis deditis puerum fugit Absolonem. S. Chryso. in Psal. 3. cui titulus: Psalmus David cum fugerit a facie Absolon filii sui: fugiebat filium suum David, quoniam matrimonium pudicum violaverat: fugiebat filium, quoniam legem Dei, quae dicit, non occides, non adulterabis, fugerat. Mendoza in 1. Reg. 2.

Non mactaveris. Matth. 5. 27. Cum vebat Dominus homicidium, ipsius poenam simul proponebat: modo autem vetans moechiam, de supplio nec. facit verbum. Cur? tale est luxuria

vitium, tam foedum, tam saevum in sua mancipia; ut si vel solum precepto cautum videatur, hoc satis sit, ut nemo inveniat, qui illud non fugiat, Baeza t. 3. l. 4. c. 6.

Erat mulier, quae habebat spiritum infirmitatis annis decem, & esse. Luc. 13. 11. En peccatoris inveterati imago. Sunt, qui tam assidue ex consuetudine delinquant; ut videantur spiritum infirmitatis habere. Et impositi illi manus v. 13. Vidi saepe viros, & foeminas, diu voluptatis indulgentes; nec recedentes ab improbitate, nisi Dei manu fortiter flagellante. Efcob. t. Mir. Chr. Obs. 1.

Uxor tecum bellum gerit? ingresso tamquam fera occurrat? linguam, tamquam gladium, acuit? res quidem valde molesta, ac difficilis, quod auxiliatrix adversaria facta sit. Teipsum tamen examina, nunquid in juventute in mulierem novi quid attentaris, & quod mulieri a te vulnus inflictum est, curetur per mulierem. Mulier mala dabitur viro peccatori, ait Scriptura: & dabitur tamquam amarum antidotum, quod peccatorum malos humores consummat. S. Chryso. in Pl. 3.

§. XVII.

Luxuria habet trifidem, & amarum, finem.

Quam acerbus fructus luxuria, amarior felle, crudelior gladio! Quod, si quantalucumque sit, illa invitet mellis dulcedo: extrema felle amaritudo si praevideatur; a peccando deterrebit. S. Ambros. Exhort. ad Virg. Volve animo: cito praeferit, quod delectat; & permanet sine fine, quod cruciat. S. Aug. tr. de honestate mulier. c. 4. apud Barradium tom. 3. l. 2. c. 16. D. 12. Pent.

Parvum est, & ad horam, peccatum: longeva autem est ex eo, & aeterna verecundia. S. Cyrill. Jerof. Cat. 12.

Veniet, veniet profectio dies, ino nox; quando libido ista tua veretur in piram, qua se perpetuo ignis in tuis visceribus inextinguibiliter nutrit; & medullas tuas, simul & ossa, indefectiva conflagratione depascit. B. Petr. Dam. ep. 6. ad Nicolaum 11. P.

Omnis dulcedo carnis in amaritudine finit, Drogo Ostiens. lib. de creat. & redempt. primi hominis.

In extremitate ligni ardentis aqua exsillat. Plorabant, qui malis nunc ardent amoribus, Berengarius lib. simil.

§. XVIII.

Luxuriam vincendi motiva.

Ex Veteri.

Tu vis super domum meam. Gen. 41. 40. Calcare libidinem, fugere luxuriam, omneque voluptates corporis premerere, ac frenare; hoc est principatum gerere totius Aegypti. Orig. hic.

Deus vester, ipse est Deus in caelo. Jol. 2. 11. dicebat Jerichuntina meretrix. S. Cyrill. Jerof. Cat. 2. Deum suum dicere non audebat; eo quod se impuram sentiebat.

Erant confusio confusioem suam, qui dicunt mihi euge, euge. Pl. 39. 16. S. Chryso. hic: per eos, qui dicunt euge, euge, intelligere oportet eos, qui ad res turpes agendas incitant, & hortantur: qui statim pudore afficiuntur, quorum eorum improbum consilium declinaverimus.

Beatus, qui tenet & alidit parvulus suos ad petram. Pl. 13. 9. Parvuli filiae Babylonis sunt suggestiones carnalis delectationis: hos ad petram allidunt, qui ob Christi Passionem carnalia respiciunt. S. Honorius l. de Adv. D.

Ex Novo, & Patribus.

Distans est antiquis. Matth. 5. 27. Ecce abundantior justitia, non solum prohibito corporalis, sed cordis. Ecce justitia Pharisaeica, corpore non moechari: ecce abundantas; concupiscentias a corde recidere. Cor hominis fons est malorum, ubi fuerit perversum. Simon Cass. l. 10. c. 19.

Quam suave mihi subito factum est, carere suavitatibus nugarum: & quas amittere metus fuerat, jam dimittere gaudium erat. Ejiciebas enim tu eas a me vera, & summa suavitas: ejiciebas, & intrabas pro eis omni voluptate dulcior. S. Aug. l. 9. conf. c. 1.

Dic suggerenti tibi concupiscentias fordidas, & immundas: vade ad tu similes impudicos, atque lascivos. Porcorum gregem deposcisti tibi: demergere in mare cum ipsis: non me amplius tibi servum habebis, aut voluntati obediens tuus. S. Ephrem in illud, attende tibi c. 9.

Glorificemus, & portemus Christum in corpore nostro. 1. Cor. 6. 30. Quoniam ab ipso empti sanguinis eius pretio magno; ut munditia vitae Christi Jesu manifestaretur in nostra carne mortali: ut, si non propter aliud, saltem propter hoc ab ista immunditia liberi viveremus: quia ipse unum nobiscum, & nos unum cum ipso, per nostram humanitatem assumptam, indivisibiliter facti sumus. Ac per hoc prae honorem in nobis Humanitatis pulchritudinem, quam unigenitus Dei filius in seipso suscepit, in-

ineffabiliter honorare dignatus est, puritati aeternae copulans creatam in tempore puritatem: & quam per Spiritum S. initiavit, per virginem membra suscepit, quam penetrans portavit in caelum: Simon Cass. l. 9. c. 52. de luxuria.

Quod ut plurimum, non nisi in principio nuptiarum modicum vinum consolationum, & benedictionum, habetur, ideo est: quod D. N. J. Christi loco invitetur Adonis, & B. Virg. loco Venus. S. Franc. Salef. c. 38.

§. XIX.

Luxuriae origo.

Accidit ut surgeret de fratre suo post meridiem. 2. Reg. 11. 2. Somno, & cibo passus, ideoque in Venerem proclivis: cujus enim stimuli sunt deliciae regales, defidia, & somnus: in somno enim fit cibi concocctio; cujus ultima pars est semen quod enim corpori alendo superfluum, vertitur in semen: quapropter somnus maunus castis periculosus; tunc enim peracta concocctio, reliquum est in semen transit; quod venerae cogitationes, motusque efficit. Cornelius hic.

Rex Salomon adamavit mulieres. 3. Reg. 11. 1. Post Plutum Venus: nam cum auri, argenticque, copiam inundasse Jerosolymis priore capite referatur; mox patuisse ait regis thalamum exteris mulieribus. Tanta est luxuria, libidinisque conjunctio; ut si abundes, vix floreas. Oliva l. 1. Strom. hic.

Capitur laqueo oculorum suorum in me. Judith. 9. 13. Non uia; capitur laqueo pulchritudinis muae, sed oculorum suorum: quia laqueus non in forma, sed in oculis laet nostris. Baeza t. 2. l. 6. c. 5. §. 11.

Micram famem in terram. Amos 8. 11. Non famem panis, & aquae, sed audiendi verbum Domini; cum statim subjicit: in die illa deficient virgines pulchrae v. 13. S. Hieron. hic: ex quo colligimus, quando doctrina non fuerit in Ecclesiis, peire pudicitiam, castitatem mori, omnes abire virtutes: quia non comederunt verbum Domini. Novatius Agn. Euch.

Sicut ignis, cum fomitem invenit, validioribus flammis exurgit: ita & quando in juvenem materia pecuniarum incidit, tantam accendit fornacem, ut animam juvenis totam flagrare faciat. S. Chryl. hom. 59. in Gen. Lascivix in cantibus, solatiis, & festis variis, solent esse signum futurae tempestatis: sicut ludus Delphinorum in mari. B. Humbertus f. 77. ad Laicos in caltris.

Aqua Lem. servatur motu. S. Laur. Just. l. 1. de perfect. grad. c. 9. Sicut aqua, quae caret decursu, aut jacet in foenis, putrefcit, repleturque animalibus venenatis, & noxiis: ita & corpus citi tabe confectum, concupiscentiarum carnalium parit, & nutrit insaniam.

§. XX.

Contra Luxuriam amuleta, & remedia.

1.

Memoria novissimorum, & mortis.

Ex Veteri, & Novo.

Non sanguinem hostiam istorum, & animarum periculum, bibam? 2. Reg. 23. 17. noluit ergo bibere. Querit S. Ambr. quis cum, ne biberet, cohibuit? Resp. suavitatem bibendi non poterat, quae propositio mortis horrore constabat, q. d. quomodo bibat aquam, cui horrida mors ob oculos versatur? ob oculos mortis nulla est sine muso felle voluptas, nulla sine amatore voluptatis, nulla sine anxio curis delicia. Did. Nyfl. f. 5. D. 4. Quadr. §. 3.

Deficite omnis caro summi & homo in cinerem revertetur. Job 34. 15. S. Greg. l. 23. mor. c. 16. Omnes affectus carnales peribunt; & homo quasi in spiritum revertetur. Sed qua ratione? homo in cinerem revertetur. Pl. 103. 29. Ausuras spiritum vorum, & deficient; & in pulverem revertentur. Idest, si cogitent, quod cinis sint; facili tumentes spiritus deponent. Pina Eth. 98.

Ece ego creavi sabrum suffiantem in igne prunas. H. 54. 16. Dum fabri fornax halitu solis non afficitur, sub cineribus laetent succenti carbones: at cum solium impetu volitant cineres, flamma acuitur. Cineribus, idest, memoria mortis, curaverat Dominus ignem concupiscentiae operire: morte morimini. At Diabolus accedit insulfians, nequaquam morimini: volitant cineres, concupiscentiae flammam deaviant. Efcobar t. 3. Coll. Chr. l. 1. Obl. 9.

Sine lambi vestri praecintus. Luc. 12. 35. Cingulum est ultimum corporis ornamentum. Quando quis accingitur, nihil ei restat induendum. Praecipiens igitur Dominus nos praecingere; jubet nos ita vivere, ut omnibus jam omnino necessariis operibus effectis mortem semper expectemus. Diez conc. 1. in Communis Conf. non Pont.

Calceamenta in pedes ejus. Luc. 15. 22. Calceamenta pedum ex rebis mortuis, monita humanorum affectuum sunt; quibus mortis infixa memoria evocatur a turpibus; & ejus R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

metu a malis voluptatibus absterrentur. Simon Cass. lib. 6. cap. 16.

Ex Patribus.

Nihil sic ad edomandum desideriorum carnalium appetitum valet; quam ut unusquisque hoc, quod vivum diligit, quale sit mortuum, penset. Considerata enim corruptione carnalium cognoscitur; quia cum illicitae caro concupiscitur, tabes desideratur. S. Gregor. l. 16. mor. c. 19.

Nihil utilius ad domandam carnis lasciviam, & ad illuminandum animas, quam cogitare, qualis homo fit futurus in morte. S. Bonavent. l. 41. D. Quing.

S. Isidorus Pelus. l. 2. ep. 53. de Virgine quadam: nobilis, & casta erat; seque, & animum, & corpus, ab omni libidine intactum servataram Christo promisit: ut autem certior facta est, juvenem quemdam amore illius infano correptum, furore praecipitem agi, rationem excogitavit, per quam, & pudicitiam suam, incolumem servaret, & ipsius ignem extingueret: abralo enim universorum crinum suorum ornatum, facieque sua cinere aqua permixto delibuit; cum ad se accivir, ingressoque dixit: tunc hanc deformitatem amas? Ille vero tamquam ex furore revocatus, non modo libidinis ignem extinxit; verum etiam ingenti postea castitatis amore flagavit.

Novi fratrem in Christo, qui distractum hanc mentis suae regulam jugi, ac pervigili, servat intuitu; ut quocumque libidinis suggestio surrepit quo cogitationis suae, velu expedire ad proficiscendum, dicat: exans circulo omnia commeteria: ac sepulturas imaginando perulstrans, putrescentium virum, sanieque cadaverum, fecentes vermes, & foetentium jus carnum, curioso rimatur intuitu: nec est libidinis diversorium, in qua versatur mente sepulchrum. B. Petr. Dam. l. 6. ep. 26.

Meditatio mortis, velut novacula acuta, radit resuscitanda quotidie superflua desideria carnis. Petrus Cellen. lib. de pan. cap. 11.

Timore tantum voluptuosa coerecitur affectio. Disce igitur, quicumque carnalium sectarios affectuum; inevitabilem mortis esse sententiam, incertam horam, eventum dubium; severitatem Judicis, perennitatem sententiae, Tartari carceres, edacitatem inextinguibilis flammae, pavendum aspectum demum, atque inconfolabilia Inferni fore tormenta. S. Laurent. Just. f. Isello S. Lucae Evang.

Exempla.

B. Margarita de Cortona poenitentis corpus post 350. annos adhuc incorruptum. Pius lascivo juveni adhaesit per annos noyem, seu spe nuptiarum, sive Mundi mulieris, cujus mirum quantum cupida erat. Cum ille senel fecedens carnem secum duxisset, hic post aliquot dies domum rediens, Margaritam, velle dentibus apprehensa, extra domum pertrahere nitabatur. qui admittans carnem sensu tur, donec ad huiusmodi quandam congeriem subsistit canis, signa respiciens, & attingens, quasi monens ea removeri. Illa cum aliquot signa amovisset, amatorem suum mortuum, jamque veritatis locutentem vidit. Quo spectaculo permoita poenitentia se totum tradidit; petiit in tertium Ordinem S. Francisci constantem recipi; recipitur; in solitudine vacat lacrymis, orationi, flagellis &c. Bollandus 22. Febr.

Secularis ille, de quo Platus l. 3. de bono stat. rel. c. ult. cum in deliciis mollem vitam ageret, nec ullum sibi de conversione verbum fieri vellet; religiosus quidam cum comiter invicem, ad extremum in digressu, scis, inquit, quis post mortem erit lectus tuus? docebit te Isaias 14. 11. Subter te sternetur cinis &c. Qui versus ita illum pupugit: ut jam nihil aliud, quam vermes illos & tineas, animo volvere posset &c. Quare hoc reputans: si ipsa cogitatio illius poenae tam erat intolerabilis; quanto intolerabilior futura erit ipsa poena; manus denique Deo dedit, seque ei in Religione dicitur.

Nobilis adolescens erat libidini adeo immertus, ut spem prope nullam faceret respiscendi. Tandem a sacerdote hoc Salutare accepit monitum: ut apposito ad caput ardente cerebro, ad pedes Crucifixi imagine; ubi in lecto decubisset, brachiis in crucis formam compositis, quartam solium horae partem poneret in hac cogitatione: aliquando fore diem, quo tali situ, dum anima se in domum receperit aternitatis, mortuus jacebit in simili fratre. Paruit ille, cum ecce tanta illum hominis moribundi, & feralis thalami, confectio; ac pavor invast; ut postmodum bene man preparat ad Confessarium, ac multis lacrymis, quam antea rejecerat, jam ultro postulaverit poenitentiam; atque ex hoc vitam castigavit impuram. Engelgrave t. 2. D. 23. Pent. §. 2.

Memoria Judicis.

Disparante autem illo de justitia, & castitate. Ar. 24. 25. (Siebatenim Felicem esse adulterum, & injustum) & de judicio suo. Hunc stimulum, qui acerrimus est, impuro, & in-

H h



Injusto, judicii adhibet Paulus; ut ad poenitentiam eum adigat. Cornelius hic.

Nec revocabat me a profundiore voluptatum carnalium gurgite, nisi metus mortis, & futuri judicii tui. Sancti Augusti. Conf. l. 6. cap. 6.

Si quam turpem cogitationem in mentem tuam venire animadvertentis; suscipe judicii salutarem commemorationem: intendente animam ad discendum, ut rerum turpium obliviscatur. S. Cyrilli. Jerof. Praefat. in Catech.

Bestia absterrenus metu, & sensu, doloris, a voluptatibus in eis insurgentibus a natura: absterreni igitur debebat cultor libidinis, metu judicis, & incendii infernalis. Simon Cassi. l. 8. c. 52. de luxur.

Vide tit. Conversio.

Memoria Inferni.

Paleas comburet igni inextinguibili. Matth. 3. 12. O utinam verba ista terrifica anima sapienter saperent, & aure cordis ea perciperent! utque nihil carnale, aut transitorium, eam deleteret. Dionysius Carth. hic.

Propone tibi adventus praesentes carnis ardores futuri supplicii ignes. S. Ildorus l. 1. Soliloq.

Si libidinis igne flagras, ignem illum appone; atque hic confellum exingueatur, & evanescet. S. Chrysostomus hom. 10. in 2. Corin.

Cum libidine pulsaris, cogita ignem aeternum. S. Bernardus de modo vivendi ad quemdam monachum.

2.

Memoria praesentis Dei.

Noe vir justus cum Deo ambulavit. Gen. 6. 9.

Magnus in medio tui sanctus Israel. Ps. 12. 6. Onus Babylonis II. 13. 1. Cum dixisset Propheta, adesse Deum in medio Israelis, statim Babylonis excidium praedixit. Ut scias, nihil ita hostes nostros profigare, quam Dei in mente praesentiam. Oliva l. 4. Strom. hic.

Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini. Dan. 13. 23.

Ecce hydropticus ante illum. Luc. 14. 2. Hydropticus est omnis qui per dissolutam vitam, & lubricam, anima sua graviter aegrotat; qui & Christo indiget; & sanabitur plane, si ante Christum fuerit. Nam, qui ante Christum fuerit, cogitans semper, quomodo ab ipso videatur, minime peccabit. Theophylactus hic.

Profectus in regionem longinquam; & ibi dissipavit substantiam suam. Luc. 15. 13. Cur in patria non sectatus delicias, cur ibi non dissipavit? nativo in solo major peccandi, quam in peregrino, occasio. S. Chrysol. fl. 1. quarimus, quae res filium rapuit hos ad aulus? cupit vivendi libertate gaudere. Sed ea paterno aspectu inerat vis; ut quodammodo praepeditus, cupiditatis non posset indulgere. Naxera in Jof. 18. §. 7.

In sceleribus, Deo contempto, homines formidamus: homine praesente nemo scortatur; & licet majorem in modum libidine flagret; affectus tamen violentia pudore hominum vincitur. Cum autem Deus videat; non modo adulterantur, scortantur, sed & alia longe graviora, & austi sunt; & audent, Nonne hoc vel solum satis esset, quod coelitus innumeri petereur fulminibus? Hinc omnia orta sunt mala; quod scilicet in rebus turpibus, non DEUM, sed homines, timemus. S. Chryl. in 1. Cor. 4.

3.

Memoria Passionis Christi.

Ecce Moses serpentem kineam, quem cum percussit aspiceret, sanabantur. Num. 21. 9. Ad aspectum serpentis aenei in palo levati, idest, Christi in Cruce affixi, sanabantur; qui percussit erant a serpentibus; idest, a carnis delectationibus. Hugo Card. in Pl. 15.

Confige timore tuo carnes meas. Pl. 118. 120. S. Ambros. legit: confige clavisa timore tuo carnes meas. Et addit hic: qui diligit Domini testimonia, configit clavisa carnes suas; & sciens, quod vetus homo crucifixus est. Conige ergo te clavisa, & destrue fomenta peccati; moriatur in te illecebra omnium delictorum, & libertatem vagandi cupiditas voluptatum non habeat cruci affixa. Nadasi anni Crucif.

Fasciculus myrrhae inter ubera mea commorabitur. Cant. 1. 12. Hebr. perollabit: q. d. noctu, cum maxime ingruunt cogitationes turpes & phantasiae, & tentationes; pro unico, certo remedio, utar hoc myrrhae, Passionis Christi, fasciculo illo omnes discutiatur; & illud odore, & meditatione, omnes fugabo. Cornelius hic.

Dabis eis scutum cordis, laborem tuum. Th. 3. 65. Passio Domini est scutum, in quo possumus omnia tela nequissimi ignea extingueri. Ugo Carens. hic.

Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnere Christi. S. August. in Man. c. 22.

Nihil sic valet ad extirpandas voluptatum radices; quam recordatio vulnere Domini mei. S. Petrus Dam. l. 59.

Arbor quaedam in navi est Crux in Ecclesia: quae inter totius Saeculi blanda, & perniciofa naufragia incolumis sola servatur. In hac ergo navi quisquis arbori crucis se reliquerit, dulcem procellam luxuria non timebit. Sancti. Maximus homil. 1. de Pass. Dom.

Qui deliciis delectatur, aspiciat Christum passum: est enim summum remedium contra omne carnis incentivum; cernere Dominum suum, & benignissimum redemptorem suum, sic ad columnam alligatum, sic acriter verberatum, sic in cruce extensum, sic clavisa affixum. S. Bonav. l. 11.

Christo propinatus est triplex potus, myrrhae, fellis & aceti. Et significat hic Christi potus triplicem amaritudinem triplicis tentationis. Potus myrrhae, est tentatio avaritiae; quae nimiam habet amaritudinem. Potus fellis, est tentatio carnis; quae sub specie dulcedinis amaritudinem tenet mortiferam. Potus aceti, est ambitio Saeculi; quae dentes suprefacere facit. Contra hunc potum triplicem mortiferum dedit nobis Dominus in Passione triplicem potum salutarium. Primum in sudore sanguinis contra aeternam avaritiae: aquam lateris contra ardorem carnis: lacrymarum effusionem contra Saeculi ambitionem. Hugo Card. in c. 11. Sap.

Passio Domini celebratur; & nos voluptati operam damus? clamat nobis de cruce: & vos omnes. Et nemo est, qui audiat; nemo est, qui consolatur; nemo est, qui respondeat. Drogo Ost. de sacr. D. Pass.

Exempla.

Juvenis religiosus Ord. Cist. in gravibus tentationibus carnis prolixius orabat, divinum implorans auxilium. Transiens ante altare apparuit Christus crucifixus, qui brachiis & cruce revulsis eum dulcissimè amplexatus est; ad pectus suum firmavit, & tentationes omnes carnales compefcuit. Casarius l. 8. hist. memorab. cap. 13.

4.

Amor Dei.

Dilectio Dei morti comparatur, dicente Salomone, valida est ut mors dilectio. Ideo sicut mors violententer separat animam a corpore; ita & dilectio Dei violententer segregat hominem a mundano, & carnali amore. S. Ildorus l. 2. c. 3.

Voluptatis amator non est amator Dei. Orig. hom. 1. in 11. Si egressus videris formosam aliquam & impudicam mulierem te inescantem, & ad sui amorem pellicentem, dice: non possum te sequi, cum Deo pactum feci; illum unum deinceps amorem meditor. S. Chrysostom. in Pl. 47.

Amor est amorem vincendus: pro mensura charitatis, carnis concipitur odium. Ubi adest charitas, ibi carnis dominatur perniciosa libido, jacet spiritus, virtus abicitur, & vitia regnant. S. Laurent. Just. opus. de inter. consil. c. 3.

Quemadmodum, solis praesente splendore, opacæ noctis propullantur tenebrae; ita coruscante anima charitatis incendio omnis ab ea caligo voluptatis abigitur. Id. ib.

Si, o anima, carnem diligis, nullam aliam carnem ames, nisi Jesu Christi: hac pro te, & pro totius generis humani salute, super aram crucis fuit oblata. Id. de incend. div. am. c. 1.

Amor est ignis sacrificii spiritualis: nihil enim est, quod carnalem concupiscentiam efficacius, celerius, perfectiusque mortificet; quam sincerus Dei amor. Bellarm. de 7. Verb. c. 15.

5.

Fuga occasiois.

Noli respicere post tergum. Gen. 19. 17. Praeceptum hoc in detestationem sceleratae gentis, & terrae: & ut docerentis talia flagitia in tantum esse detestanda, & fugienda; quod etiam usque ad primum conspectum visus, vel memoria non venient. S. Thom. Aqu. hic.

Fuga in lubricis tentationibus laudabilis. Pl. 17. 33. Dexte, qui praecipit me virtute. Et. Qui perficit pedes meos tamquam cervorum. V. 34. Habac. 3. 19. Deus Dominus, fortitudo mea; & ponet pedes meos quasi cervorum. Mendoza in 1. Reg. 3.

Vide Tit. Occasio.

6.

6.

Mortificatio, Jejunium.

Tribus pueris cibus, olus & legumina fuit. Dan. 1. 12. Alioquin namquam vincerent flammam; si vellent amare delicias. S. Fulgentius ferm. sup. illud, audvit Herodes tetrarcha. Matth. 24. 11.

Multi, ut curent de febre corporis jejunant, servando dietam medici; sed, ut curent de febre luxuria, nihil faciunt. S. Vinc. Ferr. l. de S. Nicolao.

Sancti. Benedictus in tentatione carnis in spinis se volutavit. Dumetum hoc spinarum vitans. Sancti. Franciscus A. D. 1222. Spinalque excolens, & cruce signans, miraculo dumetum in rosetum pulcherrimum rosarum ferax convertit; quae etiamnum perarant, multique agris sanitatem attulerunt. VVadingus in annalib. Minor. A. 1222. n.

Varia alia amuleca.

Ipsa conteret caput tuum. Gen. 3. 15. Ipse observavit calcaneum tuum; & tu observabis caput ejus. S. Gregorius Nyss. voluptatem comparat serpenti. Si igitur fugis bestiae conubernium, atque cohabitationem, cave caput, hoc est, primum mali impetum, & incursum; ad hoc enim praepropti Domini pertinet aemula: ipse observabit calcaneum &c. De Orat. Dom. or. 4.



Quomodo possum hoc molam facere, & peccare in Deum meum. Gen. 39. 9. Callus ille adolescens mentem suam, velut rose quodam recordationis Dei, perfundebat; ne impi. amoris igne uretur. S. Ephrem de recta vivendi ratione c. 48.

Qui timorem Dei sibi vindicet, voluptatem non admittit. Id. de timore Dei.

Sit suavis, & dulcis affectui tuo Dominus Jesus, contra male utique dulces vitae carnis illecebras; & vincat dulcedo dulcedinem, quemadmodum clavum clavus expellit. S. Bernardus l. 20. in Cant.

Extinguamus ignes concupiscentiae per ignes poenitentiae. S. Eligius hom. 9.

Nihil flammam, & insaniam hanc ita comprimere potest, ut tristitia vehementia, & calamitatis excellentia. S. Chrysost. hom. 28. in Gen.

Joannes de Voragine narrat: quidam Sacerdos tentationes carnis graves passus, cum consensere nollet, a summo Pontifice licentiam petit contrahendi: qui ei annulum cum smaragdo dedit, justitiae statuae. S. Agnetis ex parte sua praecipere, ut se permitteret desponsari. Quod cum sacerdos faceret, illa continuo digitum annulare portigans, & annulo fuscipso, digitum, retrahens, omnes tentationes a sacerdote fugavit. Bolland. 21. Jan.

Vide plura tit. Caro, Castitas, Peccata Capitalia Voluptas.